

5. Zwei Weihe-Urkunden des Bischofs Egno von Trient im Pfarr-Archiv in Marling.

Am 1. September, Schutzengelfest dieses Jahres wurde die schöne neue Pfarrkirche mit drei Altären in Marling, und am 3. September ein Altar in Tschermers, einer Expositur dieser Pfarre, vom Fürstbischof Eugen Carl von Trient feierlich geweiht. Es ist gewiss am Platze bei diesem Anlasse zwei über 600 Jahre alte Weihebriefe die Kirchen in Marling und Tschermers betreffend, zu veröffentlichen und zwar um so mehr, da diese Urkunden nicht bloß wegen ihres Alters, sondern auch in Form und Inhalt von Interesse sind.

Wann die erste Kirchweihe in Marling und Tschermers stattgefunden hat, ist unerforscht. Wir wissen nur, dass die Pfarre Marling sehr alt ist, weil schon i. J. 1166 Tiapoldus als Pfarrer erscheint¹⁾, ebenso bestand in Tschermers schon vor dem Jahre 1270 eine Kirche. Die erste urkundlich bekannte Kirchweihe in Marling fällt in das Jahr 1251. Im Jahre 1354, am Feste der hl. Philipp und Jacob, wurde die Pfarrkirche in

¹⁾ Fontes rer. austr. XXXI. S. 110.

Marling mit drei Altären und die St. Michaels-Capelle sammt Friedhof von Thomas, Weibbischof von Trient wieder geweiht ¹⁾).

Eine spätere Weihe der Kirche ist unbekannt und es muss das demnach die Weihe der bisher im Gebrauche gestandenen Pfarrkirche sein, die über Verwendung der Central-Commission für Erhaltung kunst- und historischer Denkmale neben der neu erbauten Kirche stehen blieb und als Sacristei verwendet wird. Die Filialkirche in Tschermers erfreut sich gleichfalls eines alten Bestandes. Im Jahre 1270 wird diese reconciliert, 1332, 15. Juni von Johannes, Weibbischof von Trient geweiht, 1354, 1. Mai reconciliert ²⁾. Die Weihe der gegenwärtigen Kirche in Tschermers geschah im Jahre 1845.

1251 September 10.

Bischof Egno v. Trient beurkundet die Weihe der Pfarrkirche von Marling vom selben Tage sowie die Weihe der Capelle zu Ehren des heil. Felix in Tschermers vom 2. September 1251.

In nomine domini Jesu Christi amen. Cum omnium habere memoriam et in nullo errare angelicum sit potius quam humanum, scripturae beneficium a patre luminis emanavit, quo de praesentibus, praeteritis et futuris indubitata fides perpetuo pateat ad doctrinam. Quae geruntur in tempore, ne labantur cum lapsu temporis, litterarum apicibus debent memoriae commendari et maxime ea, quae ad laudem et honorem domini fiunt et in remissionem peccatorum, ne de his aliquod dubium vel ambiguum oriatur. Pateat Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesens privilegium inspecturis, quod nos Egno dei gratia Tridentinus episcopus anno incarnationis domini MCCLI., indict. IX., IV. Idus Septembris ecclesiam matricem in Merninga intuitu remune-

¹⁾ Orig.-Urk. Pfarr-Archiv Marling. Sie ist ausgestellt in castro Lēwenbergh quarta die Maji anno ab incarnatione domini millesimo tricentesimo quinquagesimo quarto indictione secunda. Sie weicht in Form und Inhalt von Weihebriefen damaliger Zeit nicht ab.

²⁾ Die zwei Orig.-Urkunden im Pfarr-Archiv Marling.

rationis domini nostri Jesu Christi, regis pacifici, a quo bona cuncta procedunt et per quem totius mundi gaudium possidemus, decrevimus consecrare: primum quidem eandem ecclesiam parochialem de Merninga consecravimus in honorem domini nostri Jesu Christi et sanctae et victoriosissimae crucis et vivificae, in qua ipse Jesus Christus, rex regum, totum genus humanum redimere dignatus est, et sanctissimae dei genitricis Mariae perpetuae virginis praecipue et omnium sanctorum, quos dominus eligere dignatus est. Eadem vero die in ipsa consecravimus ecclesia tria altaria: summum quidem in medio in honorem beatae virginis Mariae, reliquum a dextris in honorem sancti Jacobi, tertium a sinistris in honorem sancti Blasii. In summo quidem recondimus venerabiles reliquias sanctae crucis, videlicet de sepulchro domini, capillorum sanctae Mariae, ... ¹⁾ Joannis Bapt. et ss. Petri, Andreae, Mathiae apostolorum, Joannis apostoli et evangelistae, Georgii, Sebastiani, Viti, Stephani protomartyris, Pancratii, Felicissimi et Agapiti, Mauritii, Romedii, Eustachii, Appollinaris martyrum, Nicolai, Martini, Willibaldi, Thomae Canthuariensis episcopi confessorum, Mariae Magdalenae, Catherinae, Margarethae, Agathae, Luciae, Elisabeth virginum et viduarum. In secundo vero a dextro latere recondimus reliquias devotissime ab omnibus venerandas de vestibus sanctae Mariae virginis et de reliquiis sancti Jacobi, Pauli, Bartholomei apostolorum, Sisinii et Alexandri martyrum, Ulrici, Gregorii, Corbiniani, Martini confessorum, Caeciliae, Walpurgae, Agathae, Afrae virginum et viduarum. In tertio igitur altari sancti Blasii in sinistro latere clausimus reliquias honorandas Lucae evangelistae, Blasii, Christofori, Georgii, Pancratii martyrum, Ulrici, Hilarii, Lucii, Egidii confessorum, Margarethae, Marthae(?), Afrae, Julianae, undecim milium virginum. Relinquimus etiam ad dedicationem ecclesiae et altaris summi de omnipotentis dei misericordia et auctoritate, qua fungimur, XL dierum criminalium indulgentiam et mediam partem venialium omnibus, qui pure in domino illuc pervenerint tempore dedicationis. Ad reliqua duo altaria relinquimus XL dierum criminalium indulgentiam et mediam partem venialium. Constituimus itaque diem annualem dedicationis, quamdiu perseveraverit inviolata ecclesia, proximo die dominico ante beatissimae Mariae virginis nativitatem. Secundo vero die mensis Septembris in

¹⁾ Die Urkunde ist an dieser Stelle schadhaft.

eadem plebe dedicavimus unam capellam in honorem domini et sanctae crucis et sanctae Mariae virginis et praecipue in honorem sancti Felicis martyris et unum altare in ipsa capella, in quo sigillavimus reliquias venerandas de sancta et vivifica cruce redemptoris, de reliquiis Joannis Bapt., Petri, Andreae apostolorum, Felicis, Pantaleonis, Sebastiani martyrum, Nicolai, Gregorii, Fronini, Servatii confessorum, Panafretae, Hiltrudis, undecim milium virginum. Reliquimus quoque ibidem indulg. XXX dies criminalium et quartam partem venialium. Constituimus etiam diem annualem dedicationis eiusdem capellae eodem die, prout cursus anni et ordo temporum exegerit, celebrandum, quamdiu permanserit inviolata. Accepimus etiam easdem ecclesias et dotes ac possessiones ipsarum, simulque res et clericos deo ibidem servientes in nostram protectionem, omnibus notorium facientes, quod si quis has ecclesias praesumserit attemptare et laedere, omnipotentis dei et nostram incurrerit indignationem et sciat, se excommunicationis fulmine innodatum. Et ut hoc credatur et fides plenior adhibeatur, praesentes litteras pro dictis ecclesiis dedimus nostri sigilli patrocinio communitas. Datum anno Domini MCCLI, indict. IX.. IV. Idus Septembris.

1270 Januar 27.

Bischof Egno beurkundet die Reconciliation der Nikolauskirche in Tschermers sowie die Weihe des Friedhofes daselbst.

Nos Egno dei gratia Tridentinus episcopus notum esse volumus universis Christi fidelibus, tam praesentibus, quam futuris hanc paginam intuentibus seu audientibus, quod ad honorem et laudem dei et gloriosae virginis Mariae ac sancti Nicolai omniumque sanctorum requiescentium ibidem ad instantiam ipsorum plebani ac plebanorum de Merninga reconciliavimus ecclesiam sancti Nicolai in Cermes et cimiterium eiusdem ecclesiae consecravimus, ipsisque fecimus gratiam specialem, ut annuatim in dedicatione eiusdem ecclesiae omnibus ad eandem ecclesiam venientibus humili et contrito corde XL dies criminalium et centum venialium de injuncta eis poenitentia misericorditer in domino relaxamus et ab hodierna die usque ad unum annum omni die Martis in ebdomada omnibus ibidem venientibus XX dies criminalium de omnipotentis dei misericordia. Statuimus etiam,

volumus et concedimus de gratia liberali, ut plebanus seu vicarius eiusdem plebani a nobis facultatem et licentiam habeat, semel in septimana in eadem ecclesia sancti Nicolai missam celebrare et divinum officium ibidem facere, tamen submissa voce et clauso hostio (sic) et non pulsatis campanis, omnibus ad eandem ecclesiam venientibus, ejectis excommunicatis et qui fuerint a nobis nominatim interdicti. Actum hoc anno domini millesimo ducentesimo LXX., indict. XIII., die lunae exeunte V. Januario.

P. Vincenz Gasser.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Veröffentlichungen des Tiroler Landesmuseums Ferdinandeum](#)

Jahr/Year: 1901

Band/Volume: [3_45](#)

Autor(en)/Author(s): Gasser Vincenz P.

Artikel/Article: [Zwei Weihe-Urkunden des Bischofs Egno von Trient im Pfarr-Archiv in Marling. 213-217](#)